Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31292
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

studiose detrahunt quibus nulla societate uiguntur.
Et posui vestimentum meum cilicium. Et factus sum illis in parabolam. De quo fabulas suas irrisorias fecerunt unde sequitur.
Aduersum me loquebantur in publico ubi conueniebat ciuitas plurium qui mihi insultabant et potatores omnium tabernarum in derisionem meam conuestebant cantus suos.
Illi ita seruiunt gratia mei. Ego vero orationem meam ad te dirigo quia iurgus hominum non iniuriatis rixis sed in precibus obuiandum est per eis ut questantur et quia ad te oro exaudi me quia nunc est tempus beneplaciti sicut quo tu deus pater humano generi pro me subuenire disposuisti tempus quod vincit omnia secula tempus quod mundum reparauit labentem tempus quod eternitatem attulit et salutem.
Tempus quidem preparatum fuit a te non meritis hominum sed
In multitudine miserecordie tue. Nam si multitudo mite tue non fuisset nequaquam redire poteramus obnoxii non eam parium mite fuit que tam ingentia peccata superauit multitudo quidem fuit delicti sed multo uberior mia illa que vicit et quia iam o deus pater tpus beneplaciti est exaudi me in veritate salutis tue. Et in pfecta resurrectione quia in veritate pollicitus es per prophetas.
Eripe me de luto ut non infigar. Et eripe per accelerationem resurrectionis ut no putrefiam in sepulcro. Libera me ab hiis qui iudeis qui oderunt me quoque odia resurgente xpo fruestrata fuerunt et de ipso iudeorum qui profundus erat ex malignitate ipsius et sedicionibus turbulentis.
Non me demergat tempestas aque. Et passionis mee ut diu detineat in morte non absorbeat me profundum terre in sepulcro ut corpus meum in eo putrefiat nec puteus limbi patrum cum ad eum descendere anima mea exaudat